accessit ad regimen Coloniensis ecclesie Adolphus II. frater comitis de Marka, prius episcopus ecclesie Monasteriensis, quem dominus Urbanus papa V. statim post electionem prefati Johannis decani Coloniensis cassatam transtulit de dicta Monasteriensi ecclesia ad Coloniensem [x] nimirum insperate, quippe cum nec ipse pro sua huiusmodi translacione instaret nec capitulum Coloniensis ecclesie ipsum sibi dari in episcopum [z] postulasset. Erat namque idem dominus [a] Adolphus etate iuvenis neque ad tante dignitatis fastigium aliqua gravitate morum pollens. Nam cum ipse dictam Monasteriensem ecclesiam ante huiusmodi suam translacionem iam per quinquennium tenuisset, ad sacrum tamen ordinem nondum fuit promotus, per hoc satis lucide manifestans, qualis posset esse futurus in rebus ecclesiasticis procurandis. Translatus igitur ad dictam Coloniensem ecclesiam ipse Adolphus taliter inconsulte, cum ipse invenisset bona ecclesie per sepedictum quondam Wilhelmum antecessorem relicta * per supradictum Johannem

tempore Innocencio VI. successerat + in papatu, dicta electione cassata transtulit ad ecclesiam Coloniensem de ecclesia Monasteriensi nobilem

Adolphum, fratrem comitis de Marka, prius episcopum Monasteriensem, eidem quidem Adolpho 21. die mensis Junii sub anno domini 1363 de dicta ecclesia Coloniensi insperate [y] nimium + nullo quippe pro ipsius promocione laborante providendo. Igitur dominus Adolphus electus Coloniensis, huius nominis secundus, in numero vero presulum Coloniensium quinquagesimus octavus, ad ecclesiam Coloniensem iam assumptus recipiens bona per ipsum quondam dominum Wilhelmum relicta tempore vacacionis precedentis in maxima parte dissipata, nonnulla quoque castra in manibus consanguineorum dicti Johannis de Virnenburg prius electi, sed nunc in locum ipsius Adolphi in episcopum Monasteriensem per dictum dominum papam ordinati fortiter occupata compulsus est solvere maximas pecuniarum summas

+ cod. 6: plurimum insperate, quippe ~~x x x~~ nec (nam 6') ipso vel aliquo pro eo ad huiusmodi translacionem minime laborante, nimium inconsulte (inconsulto 6').

x) ecclesiam add. 4.4'.4" y) inspirate 5. z) in ep. dari 4.4'.4" a) dictus 4.4'.4"